

## Tekst 1

*De onderstaande gebeurtenissen spelen zich af in het jaar 215 v. Chr., kort voor het uitbreken van de Eerste Macedonische Oorlog.*

In hanc dimicationem duorum opulentissimorum in terris populorum omnes reges gentesque animos intenderant, inter quos Philippus Macedonum rex eo magis, quod propior Italiae ac mari tantum Ionio discretus erat. Is ubi primum fama accepit Hannibalem Alpes transgressum, ut bello inter Romanum Poenumque orto laetatus erat, ita utrius populi mallet  
5 victoriam esse, incertis adhuc viribus fluctuatus animo fuerat. Postquam tertia iam pugna, tertia victoria cum Poenis erat, ad fortunam inclinavit legatosque ad Hannibalem misit; qui vitantes portus Brundisinum Tarentinumque, quia custodiis navium Romanarum tenebantur, ad Laciniae Iunonis templum in terram egressi sunt. Inde per Apuliam petentes Capuam media in praesidia Romana inlati sunt deductique ad Valerium Laevinum praetorem, circa  
10 Luceriam castra habentem. Ibi intrepide Xenophanes, legationis princeps, a Philippo rege se missum ait ad amicitiam societatemque iungendam cum populo Romano; mandata habere ad consules ac senatum populumque Romanum. Praetor, inter defectiones veterum sociorum nova societate tam clari regis laetus admodum, hostes pro hospitibus comiter accepit. Dat qui prosequantur; itinera cum cura demonstrat <et> quae loca quosque saltus aut Romanus  
15 aut hostes teneant.

Xenophanes per praesidia Romana in Campaniam, inde qua proximum fuit in castra Hannibalis pervenit foedusque cum eo atque amicitiam iungit legibus his: ut Philippus rex quam maxima classe - ducentas autem naves videbatur effecturus - in Italiam traiceret et vastaret maritimam oram, bellum pro parte sua terra marique gereret; ubi debellatum esset,  
20 Italia omnis cum ipsa urbe Roma Carthaginensium atque Hannibalis esset praedaeque omnibus Hannibali cederet; perdomita Italia navigarent in Graeciam bellumque, cum quibus regi placeret, gererent; quae civitates continentis quaeque insulae ad Macedoniam vergunt, eae Philippi regni que eius essent.

In has ferme leges inter Poenum ducem legatosque Macedonum ictum foedus;  
25 missique cum iis ad regis ipsius firmandam fidem legati, Gisgo et Bostar et Mago, eodem ad Iunonis Laciniae, ubi navis occulta in statione erat, perveniunt. Inde profecti cum altum tenerent, conspecti a classe Romana sunt, quae praesidio erat Calabriae litoribus; Valeriusque Flaccus cercuros ad persequendam retrahendamque navem cum misisset, primo fugere regii conati, deinde, ubi celeritate vinci senserunt, tradunt se Romanis et ad  
30 praefectum classis adducti, cum quaereret qui et unde et quo tenderent cursum, Xenophanes primo satis iam semel felix mendacium struere, a Philippo se ad Romanos missum ad M. Valerium, ad quem unum iter tutum fuerit, pervenisse, Campaniam superare nequisse, saeptam hostium praesidiis.

Deinde ut Punicus cultus habitusque suspectos legatos fecit Hannibalis  
35 interrogatosque sermo prodidit, tum comitibus eorum seductis ac metu territis, litterae quoque ab Hannibale ad Philippum inventae et pacta inter regem Macedonum Poenumque ducem. Quibus satis cognitis, optimum visum est captivos comitesque eorum Romam ad senatum aut <ad> consules, ubicunque essent, quam primum deportare. Ad id celerrimae quinque naves delectae ac L. Valerius Antias, qui praeesset, missus, eique mandatum ut in  
40 omnes naves legatos separatim custodiendos divideret daretque operam, ne quod iis colloquium inter se neve quae communicatio consilii esset.

*Livius, A.U.C. XXIII, 33-34.9*

---

## ■ Tekst 2

*Tijdens de bondsvergadering van de Aetoliërs voeren achtereenvolgens de Macedoniërs, de Atheners en de Romeinse afgezant het woord. Uit het betoog van de Macedoniërs is het onderstaande fragment afkomstig.*

”Het is waanzin te hopen dat ook maar iets in dezelfde toestand zal blijven, als vreemdelingen dit alles in bezit nemen, die in taal, gewoonten en wetten nog verder van u afstaan dan ze ruimtelijk over zee en land van u verwijderd zijn. Philippus’ koningschap schijnt uw vrijheid enigszins in de weg te staan. Maar hoewel hij door uw eigen schuld boos op u was, heeft hij niets anders van u gevraagd dan vrede, en verlangt hij vandaag dat u 5 trouw blijft aan het gesloten vredesverdrag. Wen maar aan buitenlandse legioenen in deze gebieden, neem hun juk maar op uw schouders! Laat en vergeefs zult u Philippus als bondgenoot willen hebben, wanneer u de Romeinen als heer en meester hebt. De Aetoliërs, Acarnaniërs en Macedoniërs, mensen met dezelfde taal, worden door kleine, tijdelijke 10 kwesties gescheiden en weer verbonden. Maar met vreemdelingen, met barbaren, bestaat voor alle Grieken nu en in de toekomst een eeuwige oorlog; van nature – en de natuur blijft altijd dezelfde – zijn ze vijanden om redenen die niet van dag tot dag te veranderen zijn.”

*Livius, A.U.C. XXXI, 29*

*Vertaling Mevr. H. van Rooijen-Dijkman*

---

## ■ Tekst 3a

### De Isthmische Spelen

Isthmiorum statum ludicrum aderat, semper quidem et alias frequens cum propter spectaculi studium insitum genti, quo certamina omnis generis artium viriumque et pernecitatis visuntur, tum quia propter opportunitatem loci, per duo diversa maria omnium rerum usus ministrantis humano generi, concilium Asiae Graeciaeque is mercatus erat.

5 Tum vero non ad solitos modo usus undique convenerant, sed expectatione erecti, qui deinde status futurus Graeciae, quae sua fortuna esset. Alii alia non taciti solum opinabantur, sed sermonibus etiam ferebant Romanos facturos: vix cuiquam persuadebatur Graecia omni cessuros.

Ad spectaculum conserant, et praeco cum tubicine, ut mos est, in mediam aream, 10 unde sollemni carmine ludicrum indici solet, processit et tuba silentio facto ita pronuntiat: "Senatus Romanus et T. Quinctius imperator Philippo rege Macedonibusque devictis liberos, immunes, suis legibus esse iubet Corinthios, Phocenses, Locrensesque omnes et insulam Euboeam et Magnetas, Thessalos, Perrhaebos, Achaeos Phthiotas". Percensuerat omnes gentes quae sub ditione Philippi regis fuerant.

15 Audita voce praeconis, maius gaudium fuit quam quod universum homines acciperent: vix satis credere se quisque audisse et alii alios intueri, mirabundi velut ad somni vanam speciem; quod ad quemque pertinebat, suarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant. Revocatus praeco, cum unusquisque non audire modo, sed videre libertatis suae nuntium averet, iterum pronuntiavit eadem. Tum ab certo iam gaudio tantus cum 20 clamore plausus est ortus totiensque repetitus, ut facile appareret nihil omnium bonorum multitudini gratius quam libertatem esse. Ludicrum deinde ita raptim peractum est, ut nullius nec animi nec oculi spectaculo intenti essent: adeo unum gaudium praeoccupaverat omnium aliarum sensum voluptatum.

Ludis vero dimissis, cursu prope omnes tendere ad imperatorem Romanum, ut ruente 25 turba in unum adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque iacientium haud procul periculo fuerit. Sed erat trium ferme et triginta annorum, et cum robur iuventae tum gaudium ex tam insigni gloriae fructu vires suppeditabat.

Nec praesens tantummodo effusa est laetitia, sed per multos dies gratis et cogitationibus et sermonibus renovata: esse aliquam in terris gentem, quae sua impensa, suo 30 labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum, nec hoc finitimis aut propinqua vicinitatis hominibus aut terris continentibus iunctis praestet, sed maria traiciat, ne quod toto orbe terrarum iniustum imperium sit, ubique ius fas lex potentissima sint; una voce praeconis liberatas omnes Graeciae atque Asiae urbes: hoc spe concipere audacis animi fuisse, ad effectum adducere et virtutis et fortunae ingentis.

*Livius, A.U.C. XXXIII, 32-33*

---

## Tekst 3b

*In de onderstaande tekst worden dezelfde gebeurtenissen beschreven als in tekst 3a. Waarschijnlijk heeft Livius deze tekst als bron gebruikt. Deze tekst maakt geen deel uit van het pensum dat je hebt gelezen. Lees daarom de tekst goed door, voordat je aan de beantwoording van de vragen begint.*

Toen de Isthmische Spelen begonnen, kwamen de meest gezaghebbende mannen uit de hele wereld daar bijeen, omdat ze benieuwd waren wat er zou gaan gebeuren. Gedurende het hele festival hoorde men verschillende meningen; sommigen zeiden dat de Romeinen onmogelijk een aantal plaatsen en steden konden opgeven; anderen zeiden dat zij de  
5 beroemdste steden zouden verlaten, maar dat ze andere plaatsen blijvend zouden bezetten, omdat die, hoewel minder beroemd, hun doelstellingen evengoed zouden dienen. Ze noemden enkele steden bij name, de ene naam nog slimmer bedacht dan de andere.

In grote onzekerheid verzamelde de menigte zich in het stadion om de Spelen bij te wonen. Nadat een heraut naar voren was gekomen en het stil was geworden door een  
10 trompetsignaal, las hij de volgende proclamatie voor: "De senaat van Rome en proconsul Titus Quinctius geven na de overwinning op koning Philippus en de Macedoniërs de volgende volkeren de vrijheid, zonder garnizoenen, niet schatplichtig en geregeerd volgens de wetten van hun eigen land: de Corinthiërs, de Phociërs, de Locriërs, de bewoners van Euboia, de Achaeërs van Phthios, de Magnesiërs, de Thessaliërs en de Perrhaebiërs."

15 Meteen bij het begin van de proclamatie steeg er een geweldig applaus op en daardoor hoorden sommigen de proclamatie niet eens, terwijl anderen hem nog een keer wilden horen. De meeste mensen konden hun oren niet geloven en dachten dat ze droomden omdat de gebeurtenis zo onverwacht was. Ze riepen dat de heraut en de trompetter naar het midden van het stadion moesten komen en dat hij de proclamatie nog eens moest voorlezen. Ze  
20 wilden, denk ik, de spreker niet alleen horen, maar ze wilden hem ook zien, omdat ze zich verbaasden over de inhoud van de proclamatie. De heraut kwam naar voren tot in het midden van het stadion en verzocht opnieuw om stilte door een trompetsignaal. Daarop las hij dezelfde proclamatie voor, waarna er zo'n enthousiast gejuich opsteeg, dat ik het mijn tijdgenoten, wanneer ze dit verhaal horen, nauwelijks begrijpelijk kan maken. Toen het  
25 rumoer uiteindelijk bedaard was, besteedde niemand nog aandacht aan de atleten, maar iedereen praatte met z'n burens of sprak in zichzelf; ze waren dolenthousiast.

Daardoor kwam het dat ze na afloop van de spelen bijna een eind aan het leven van Flamininus maakten door hun dankbetuigingen. Want sommigen verlangden hem van dichtbij te zien en hem hun redder te noemen; anderen wilden hem de hand drukken; heel  
30 veel mensen wierpen kransen en linten naar hem. De man werd bijna in stukken gescheurd.

Maar hoe buitensporig hun dankbaarheid ook moge zijn geweest, men mag wel zeggen dat deze toch niet opwoog tegen het belang van de gebeurtenis. Want het is  
bewonderenswaardig dat de Romeinen en hun generaal Flamininus deze hele onderneming hebben opgezet op eigen kosten, met alle mogelijke risico's, alleen om Griekenland te  
35 bevrijden. Het is geweldig dat zij een gewapende macht op de been hebben gebracht die groot genoeg was om dit doel te bereiken. Maar het grootst van alles is wel dat geen tegenslag hun plannen heeft gedwarsboord, maar dat alles zonder uitzondering leidde tot dit ene geweldige ogenblik, dat door één enkele proclamatie alle Grieken in Europa en Klein-Azië bevrijd zijn, zonder garnizoenen, niet schatplichtig en geregeerd volgens hun  
40 eigen wetten.

*Polybius, XVIII, 45-46  
Vertaling H. Terra*

## ■ Tekst 4

*De volgende inscriptie handelt over het optreden van Lucius Mummius.*

LUCIUS MUMMIUS ZOON VAN LUCIUS CONSUL  
NADAT ONDER ZIJN LEIDING TOEZICHT EN BEVEL  
..... WAS VEROVERD EN ..... WAS VERWOEST  
KEERDE HIJ IN TRIOMF NAAR ROME TERUG

---

## ■ Tekst 5

*In het inleidende hoofdstuk van zijn boek Imperialism and Colonialism schrijft de auteur, H. L. Wesseling:*

De stelling dat de oorlog de vader is van alle dingen, zoals de Griekse filosoof Heraclitus beweerde, is voor discussie vatbaar. Wél is zeker dat de oorlog de vader is van de historiografie. Oorlog heeft veel aandacht gekregen, niet alleen in de Bijbel, in de Ilias en in andere vroege producten van de historische verbeelding, maar ook bij de eerste  
5 historiografen van het westen. Velen van ons leerden hun eerste Latijn door het lezen van Julius Caesars verslag van de koloniale veroveringsoorlog *par excellence*, het *Bellum Gallicum*. En ons eerste Grieks leerden we door Herodotus' beschrijving van een van de eerste nationale bevrijdingsoorlogen, die van de Grieken tegen de Perzen. Eigenlijk vinden we in de oudheid al de beschrijving van de drie klassieke types: veroveringsoorlogen,  
10 beschreven door Caesar, bevrijdingsoorlogen, beschreven door Herodotus, en oorlogen tussen stadstaten in het beroemdste geschiedwerk uit de oudheid, *De Peloponnesische Oorlog* van Thucydides.

---

## Tekst 6

*De Romeinse aanvoerder Quinctius Flaminius had zijn hoofdkwartier gevestigd in de stad Elatia in de Griekse landstreek Thessalië. Vandaar was hij naar Corinthe gegaan.*

*In het direct voorafgaande is beschreven hoe hij de inwoners van die stad toesprak: hij beloofde hun dat het Romeinse bezettingsleger de burchtheuvel, de Acrocorinthus, zou verlaten en zich zou terugtrekken naar Elatia.*

*In de regels 1–2 wordt de enthousiaste reactie van de inwoners van Corinthe beschreven:*

- 1 Has velut parentis voces cum audirent, manare omnibus gaudio lacrimae, adeo ut  
2 ipsum quoque confunderent dicentem.

*In de regels 3–8 wordt beschreven hoe Flaminius bij die gelegenheid de inwoners van Corinthe vraagt de Romeinse mannen die door Hannibal gevangen waren genomen en als slaaf aan de Grieken waren verkocht, vrij te laten. Allen reageren daarop instemmend.*

- 3 Silentio deinde facto petiit ab eis ut cives Romanos, si qui apud eos in servitute  
4 essent, intra duos menses mitterent ad se in Thessaliam. Ne ipsis quidem honestum esse in  
5 liberata terra liberatores eius servire. Omnes acclamaverunt gratias se inter cetera etiam ob  
6 hoc agere, quod admoniti essent, ut tam pio ac necessario officio fungerentur. Ingens  
7 numerus erat bello Punico captivorum, quos Hannibal, cum ab suis non redimerentur,  
8 venum dederat.

*In de regels 9–12 wordt beschreven hoe Quinctius Flaminius vervolgens met het Romeinse bezettingsleger de stad verlaat.*

- 9 Nondum conventus dimissus erat, cum respiciunt praesidium ab Acrocorinθο  
10 descendens protinus duci ad portam atque abire. Agmen imperator secutus est,  
11 prosequentibus cunctis, servatorem liberatoremque acclamantibus. Salutatis dimissisque eis,  
12 eadem qua venerat via Elatiam rediit.

*Livius, A.U.C. XXXIV, 50*

### Aantekeningen

- regel 1 **velut parentis** bijna vaderlijk  
**vox** woord  
**manare** *Infinitivus historicus*.
- regel 2 **ipsum** Lees eum ipsum.  
**confundo** in verwarring brengen
- regel 3 **si qui** voor zover die
- regel 5 **liberatores** Onderwerp van servire.  
**eius** Verwijst naar terra.
- regel 4-5 **Ne ipsis quidem t/m servire** Hangt af van een aan te vullen dixit.
- regel 5 **acclamo** + a.c.i. roepen dat
- regel 5-6 **gratias ago** bedanken  
**ob hoc quod** wegens het feit dat
- regel 7 **sui** hun familieleden
- regel 8 **venum do** verkopen
- regel 9 **respiciunt** Onderwerp: de burgers van Corinthe.  
**respicio** + a.c.i. zien dat
- regel 9-10 **ab Acrocorinθο descendens** Bepaling bij praesidium.
- regel 10 **duci** *Infinitivus passief*.
- regel 11 **acclamo** toejuichen als Vul aan eum.
- regel 12 **eadem qua venerat via** Lees eadem via qua venerat.